Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



videbitis me alla iterum modicum et videbitis me quia vado ad patrem
alla alla Oblupl. Sacramenta que sumpsimus
domine quesumus et spiritalibus nos instruant alimentis et corporalibus tueantur auxiliis per
Fia nij. L. e. b. to. apli
120 Bium. Hec scribo vobis ut non peccetis. sed et
si quis peccauerit. ad uocatum habemus apud
patrem ihsum xpm iustum: et ipse est propitiatio pro peccatis
nostris non pro nostris autem tantum: sed etiam pro totius
mundi. Et in hoc scimus quia cognouimus eum: si
mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse de
um et mandata eius non custodit: mendax est et veritas
in eo non est. Qui autem seruat sermonem eius: vere in hoc
charitas dei perfecta est. in hoc scimus quoniam in ipso
sumus: qui dicit se in ipso
manere: debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare.
sicut: non mandatum nouum scribo vobis sed man-
datum vetus quod habuistis ab initio. Mandatum
vetus est verbum quod audistis. Iterum mandatum
nouum scribo vobis: quod est verum et in
ipso et in uobis: quoniam tenebre fuerunt et lumen
verum iam lucet per ihsum xpm dnm nrm. Sm iohannem 3
In illo tpe. Facta est questio ex discipulis iohan-
nis cum iudeis de purificatione. Et venerunt ad
iohannem et dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum
trans iordanem cui tu testimonium perhibuisti: ecce hic
baptizat: et omnes veniunt ad eum. Respondit io-
hannes et dixit. Non potest homo accipere quicquam
nisi fuerit ei datum de celo. Ipsi vos testimonium ui
phibetis quod dixerim ego non sum xpus: sed
quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam